

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ



THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2



LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov.</u> 1662	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév.</u> 1662	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPÉLIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai</u> 1656	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan.</u> 1662	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept.</u> 1667	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin</u> 1669	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVÈRE (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALESTESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr.</u> 1663	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août</u> 1660	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MIGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août</u> 1671	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr.</u> 1669	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov.</u> 1669	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNAUD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNAUD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNAUD (Julien).....Théologie	<u>30 août</u> 1664	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct.</u> 1655	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc.</u> 1665	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv.</u> 1670	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr.</u> 1662	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr.</u> 1661	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc.</u> 1664	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





SUPREMVVS rerum omnium conditor Deus Optimus Maximus, cuius existentiam nemo, nisi mentis inops prorsus negauerit, solius quippè insipientis est, dicere in corde suo, non est Deus, cum tota rerum vniuersitas suum agnoscat opificem. Deum licet à priori indemonstrabilem, à posteriori tamen & per ea quæ facta sunt demonstrabilem non inficiabitur, cui coelum & terra enarrant gloriam Dei & opera manuum eius annuntiant firmamentum. Hanc propositionem, Deus est, notam quoad se, non quoad nos, merito profitemur, qui essentiam idem prorsus cum existentia firmiter asserimus. Crassius & stolidius de natura Dei sentire, qui corpus ei & membra affingere, totus enim Spiritus est, qui carnem & ossa non habet; errarunt igitur veteres heretici, qui Deum esse materiam immersum, aut animam mundi aut quid compositum ex materia, & forma stultissimè commenti sunt. Deus quem agnoscimus actus purissimus est & substantia immaterialis tantæ simplicitatis vt excludat omnem compositionem ex genere & differentia subiecto & accidente &c. cui virtualis tamen non officit.

NATVRAM inter & hypostasim cæteraque Dei attributa tam absoluta quam relativa distinctio actu realis à Concilijs & Patribus damnata est : formalis & ex natura rei meritò rejicitur, at rationis eum fundamento mihi videtur æquissima, maior quippè est Dei excellentia vt eum intelleximus noster vnico actu valeat concipere, nimia etiam mentis imbecillitas vt ipsum sine gradibus possit attingere. In omni perfectionum genere perfectissimus est, quas omnes præstantissimè sed diuerso tamen modo in foecundissimo essentia sinu complectitur, etenim quas vulgò vocant simpliciter simplices formaliter, perfectiones vero secundum quid eminenter continet, quarum si specificam velimus designare, non aliam esse posse existimo quam existentiam absolutam, qua ens à se dicitur & per quam vltimè per primum gradum, seu differentiam quasi vltimam Deus primò constituatur. Solus ille bonus est per essentiam, qui fons est origo omnium bonorum.

MAGNVS est Dominus & magnitudinis eius non est finis, infinitus est qui finem non habet nec terminum, & omnium finis est, cetera quæ ab ipso sunt finita sunt, Deus non est sicut Filius hominis vt mutetur, solus igitur immutabilis apud quem non est transmutatio nec vicissitudo in obumbratio. Quare idem ipse est & anni eius non deficient, durat nimirum ea duratione quæ rectè definitur à Boëtio interminabilis vitæ tota simul & perfectæ possessio. Impia est & infana prorsus de Deorum multitudinem opinio, etenim Deus non est, si vnus non est, cum præstantissima eius natura alterius confortium non patiatur; qui plures ergo astrueret, Deum negaret, sicut igitur in summis identitatis finibus est constitutus, ita & maximè vnus, non quidem vnitare generica aut specifica quantitatiua aut numerica sed ea solum quæ quodlibet aliud ens diuinitatis particeps excludit.

IVDÆORVM quorundam error fuit, immensum & incomprehensibilem Deum templo Hierosolimitano concludi. Ecclesia contra Catholica profitetur, eum, sicut nulla loci differentia coercetur, ita nulla loci superficie definiri; est in omnibus per præsentiam, essentiam, & potentiam omnia namque operatur in omnibus, nec longe abest ab unoquoque nostrum, cum cælum & terram impleat, & quoduis aliud spatium, quo tamen non clauditur, quia per omnia latè diffunditur, nec à creaturis circumscribitur, quamvis sit in ijs tamquam in loco, qui excelsior cælo, supra stellarum verticem sublimatur, ipsum agnoscimus intrà omnia, infra & supra omnia non igitur à spatijs vitra mundanis expungimus quem immensum fateamur, neque tanta immensitas vlli creaturæ, sicut nec alia perfectio quæ cum creatore suo conveniat, potest communicari.

Q VAMVIS Deus lucem habiter inaccessibilem, possibilem tamen eius visionem intuitivam fides evincit suadet ratio non demonstrat. Incassum igitur laboraret, qui possibilitatem illius ex appetitu naturali & innato demonstrare tentaret, nulli siquidem intellectuali creaturæ, insitum appetitum ad talem Dei visionem cum Angelico Doctore profitemur. Illo volupcratis torrente fruuntur sanctorum animæ quæ omni culpa & reatu poenæ liberæ sunt & purgatæ, nec corporis resurrectionem expectant, vt æternâ felicitate donentur, nec sunt in terris moraturæ per annos mille post Resurrectionem corporum beatitudinem expectantes vt finire millenarij, etenim maximè congruit iustitiæ diuinæ vt quemadmodum reproborum post animæ decessum à corporibus, supplicium inchoabit sic & Sanctorum post hanc mortalem vitam, præmium immortalitatis incipiat.

VISIONIS beatificæ terminum expriment beati, qui verbum mentis dicitur seu species expressa naturæ diuinæ representatiua, nec indigent specie impressâ vt eum videant, qui est eorum intellectui præsentissimus, non tamen est impossibilis quæ virtute Dei absolutâ producat illius essentiam quidditatè representans. Eanon est oculi corporei conditio vt videat aut videre possit eum, qui totus Spiritus est, nam ad tanti luminis splendorem semper cœcutiet ac penitus caligabit. Visioni Dei eliciendæ impar est prorsus & insufficiens intellectus humanus sibi relictus, nequidem in altera vita, cum frustra tentaret omnia qualiscunque creatura, etiam diuina virtute creabilis, vt assequeretur quod solummodo operatur gratia, non natura, indiget ergo lumine gloriæ, tanquam aliquo auxilio supernaturalis ordinis, cum quo vnum principium totale & adæquatum, vt aiunt totalitate effectus ad visionem beatificam eliciendam efficiat.

LUMINIS gloria munus est, non quidem vnire essentiam diuinam intellectui beatorum aut eum disponere ad recipiendam visionem beatificam vicemque supplere obiecti sed ipsum corroborare, eleuare, eique virtutem actiuam conferre, vt inuisibilem Deum videat, cuius tamen luminis non est tanta necessitas quin illud Deus per vberiorum concursum supplere non valeat. Beatitudinis formalis diuersitas specifica nulla, verum inæqualitas, quicquid ganniat Iouinianus. Alia enim est claritas Solis, alia claritas Lunæ, alia claritas Stellarum, & sicut stella à stella differt in claritate, sic & erit resurrectio mortuorum, cuius inæqualitatis si causam queramus moralem, cum vnanimi Theologorum consensu meritorum inæqualitatem subijcio, si verò Physicam, caue repetas à maiori intellectus perspicacitate verum ab inæquali lumine, seu maiori seu minori.

BEATI essentialia diuinam clarā & intuitiua cognitione contemplantes perfectam habent omnium attributorum tum essentialium tum relatiuorum cognitionem, nihil tamen obstat quominus ipsa sine illis & eorum vnum sine altero videnda præbentur ab eo qui omnia potest, quod non intelligendum est de attributis relatiuis, repugnat quippè patrem videri sine Filio & spiratorem sine Spiritu Sancto. Peruium est beatis vniforme illud diuinitatis voluntarium speculum, in quo quæcumque singulorum beatorum officium & dignitatem spectant elucescent, omnia intuentur mysteria gratiæ quæ dum ambulant per fidem crediderunt: at quid præterea videant, non ita planè compertum est, probabilis tamen mihi videtur ipsos orbis vniuersi compagem & omnium creaturarum species quibus constet non ignorare, quid enim nesciunt, qui scientiam omnia sciunt. Nequaquam autem necesse est vt omnes creaturas existentes & futuras determinatè & in particulari conspiciant, absolutè tamen possibiles distinctè cognoscere possunt.

SANCTI vident aliqua in Deo vi visionis formaliter, nec tantum secundum esse eminens, sed secundum esse proprium: plurima per reuelationem, duplicem hanc cognitionem, vocant Theologi matutina alteram, alteram vespertinam, per priorem volubiles non erunt nostræ cogitationes, sed omnem scientiam nostram vnico simul intuitu percipimus, per posteriorem, quasdam in dies mysteriorum circumstantias edocebimur. Fieri non potest ordinariè, vt quis videat essentiam diuinam quamdiu est in hac mortali vita nec vlli vitorum vnquam, quocumque priuilegio datum, hanc lucem in-
tueri, non igitur vidit Deum clarè Iudæorum legislator Moyses, nec Paulus gentium Doctor licet raptum se, ad tertium cælum & arcana verba ibidem audiuisse testetur. In Deo sunt omnes scientiæ & sapientiæ thesauri absconditi, non solum seipsum cognoscit, imò se comprehendit, etsi verò beatorum nullus sit qui diuinam essentiam non videat, nullus tamen est aut esse potest quanto cunque lumine illustratus qui Deum valeat comprehendere vt pote *qui est infinitus omnino & incomprehensibilis cogitatus.*

*Has Theses Deo duce, & Præfide S. M. N. NICOLAO LE PETIT Sacra Facultatis Parisiensis Doctore Theologo, tueri conabitur IOANNES POTIER Presbyter,
Socius Lexomaus, Die Mercurij 22. Mensis Februarij Anno Domini 1662. à meridie ad vesperam.*

IN AVLA THEOLOGORVM LEXOVÆA.
PRO TENTATIVA.

Jean Baptiste Amador de Bignerod abbe de Richefieu.

PRO TENTIVA
IN AVIA THEOLOGICA LEXOVA.